

Ya
5857

Choreas Sacras
Veterum Christianorum
Sigilatim
Erffurti & Arnstadiæ
institutas
Epistolâ Gratulatoriâ
ad

DN. JOH. GOTOFREDUM
OLEARIUM

Arnstadiensium Pastorem Primarium, Antistitem Schwarz-
burgicum atque S. Senatus Adsefforem me-
ritissimum &c.

Dn. Patronum, Adfinem atque Copatrem Suum
honoratissimum

Cum Anno M. DC. XCV. VII. Kal. Julii Arnstadiæ celebraret
nuptias Filii tertio loco geniti


DN. JOH. CHRISTIANI OLEARII,
Civis & Mercatoris Arnstadiensis
& Sponsæ

ANNÆ MARGARETHÆ

Viduæ KEYSNERIANÆ natæ BROEMELIÆ,
exponebat


M. Christ. Heinr. Brömel/
P. M. Sponsæ Frater.

Litteris, Nicolai Bachmanni.



44.





Vir

Summè Reverende, Amplissime atque Excellentif-
sime Dn. Patrone, Adfinis atque Compater
honoratissime.

Concurrunt jam ad nuptias gratulantium
chori & exultantium choreæ. Quibus ut in-
terfim sangvinis necessitudo & singularis fa-
vor Tuus me invitat. Absit verò ut petulan-
tes Corybantes sequar aut cum modernis Zelotis
in universum choreis succenseam: Nec mihi vacat
illis apologeticum aut his elenchum scribere. Vo-
lupe potius est, versari inter Majores & veterum
dicta factaque recensere. Venit autem mihi in men-
tem recordari sacras Thuringorum choreas, quas
Seculo XIII. Erfurto Arnstadium usque continua-
runt. Extat historia in Chronicis Thuringicis Ban-
gii, Binhardi, Bechereri & quos plures citat epito-
mator Toppius Topograph. Arnstad. n. IIX. Qui
ex omnibus abruptè refert: Anno 1237. 15. Julii
Tanzten mehr denn tausend Kinder / von Erfurth
bis gen Arnstadt zwv Meil weges. Die Erfurter
erfuhren erst des andern Tages / wo ihre Kinder wa-
ren und holeten sie wieder. Prolixius rem describit
Peckensteinus, quem unum præ manibus habeo.
Hic in Theatr. Sax. P. III. cap. 37. p. 186. hæc refert:
Anno 1236. ist des Pabsts Gregorii IX. decret und
Canonisation der S. Elisabeth durch die Erk. Bi-
schöffe



Schöffe Mainz/Cölln/ Trier item 36. andre Bischöffe
und Prælaten/ item vieler Fürsten und Herren
auch der Könige in Böhmen statliche Abgesandten
in Erfurt mit allerhand solennitäten promulgirt
und denn zu Wartberg in Hessen/ allda solche begra-
hen lieget und auf ihren Grabstein diese schlechte
Worte stehen: hic jacet Elisabeth si bene fecit habet,
erhoben. Und soll diese solennitas Canonizandi in
den 10. Tag allein zu Erfurt gewähret/ grosse Un-
kosten/ zweiffels ohne der Stadt zum auffnehmen da-
mit getrieben und 2. Tage Spende ausgetheilet wor-
den seyn. Als den nachmahls diese Gewohnheit da-
von dieses Orts herkommen/ daß man jährlich die E-
lisabeth in Thum vor wenig Jahren den Armen
Spende gegeben. Wiewol etliche Historici setzen/ daß
es derentwegen geschehen: Denn da Anno 1237. sich
eine wunderbarliche Versammlung vieler Kinder und
über 1000. zu getragen / so daß sie aus der Stadt in
die Wawende mit grossen geschrey und frolocken auch
biß gegen Arnstadt gezogen / die Eltern solche sonder
zweiffel mit grosser Freude hier wieder auf Wagen
heimholen müssen / und denn diese Spende gestiftet.
Die Ursach und wie sich solche aus der Stadt und
von ihren Eltern fast gestolen will niemand wissen/
habe auch bey keinen Historico davon Nachricht fin-
den können. Novi quidem saltationes has tanquam
fide & recensione indignas multos in super habere.
Sed hi sequioris ævi Chronica delibasse contenti,
historiam antiquam, secure ignorant. Etenim an-



gustia chartæ non capit Israelitarum, Ægyptiorum, Græcorum, Romanorum & tantum non Barbarorum, nostræ ætatis in Africamores recensere atque probare, tot gentes communi quasi suffragio choreas divini cultui non nunquam accensuisse. Interea ex Historia Ecclesiastica palam faciam, quomodo in Ecclesia festa Sanctorum choreis non raro constiterint. Quod etiam ii prætereunt, qui veteris Ecclesiæ ritus indagare sibi sumunt. Etsi enim saltare pristinæ & Apostolicæ Ecclesiæ pietati non convenit, testibus Constitutionibus Apostolicis & Concilii Laodicenic. 53. Arnobio lib. II. contra gentes, Chrysof. Hom. 49. Ambrosio de jejuniis cap. 18. & lib. III. de Virginibus, Augustino Tom. X. serm. I. de nomine Christiano. Nihilominus Niceas, quando Gregorius Naz. Orat. 38. in Nat. Christi prohibet, *ne choreas agitemus*; probè distinguit inter saltationem religiosam & profanam. Ita turpioris molitiei esse, arguit, *choreas extra Ecclesiam conficere*. Sacras quoque choreas in honorem Martyrum institutas ipse Nazianzenus haud obscure laudat lib. adversus mulierem n. 40. *Quomodo inquit, Martyribus, quibus populus in pretiosi sanguinis honorem & venerationem choreas agminatim instituit, faciem fulgur inescantem geris, non secus ac foris quoddam in medio urbium populares attrahens, aut velut ferarum ostensores, qui serpentes è tenebrosis cubilibus suis trepida manu proferunt.* Idem Orat. 22. ad Gregorium Nyss. *Sic hunc in modum coimus, sine dubio festum diem, ut Christo gratum est, celebramus haud dubie martyres honore afficimus, haud dubie triumphalem choream ducimus.* Cujus ritus, si altius rationes per-



perscrutamur, epocha confinio tertii & quarti seculi
adscribenda venit. Uti huic computo quo Hagiola-
tria insigne sui incrementū cepit, lucem non sper-
nendam præfert Gregorius Nyssenus Tom. III. in
Uita Gregorii Thaumaturgi. Vixit hic sub Diocle-
tiano circa A. D. 270. & aliquid ex Paganorum usu
iis honoribus adjecit, qui martyribus antea habe-
bantur. De quo Gregorius Nyss. *lc. Additamentum*
& quasi corollarium studii erga Deum apud omnes ubique populos
sancivit, instituens ut dies conventusque festi celebrarentur in eorum
gratiam, qui pro fide decertaverunt. Quæ autem esset isti-
tus instituti ratio mox addit: *cum animadverteret quod pro-*
pter corporales oblectationes simplex & imperitum vulgus in idolo-
rum honore permaneret; quo maxime id quod precipuum est inte-
rim apud eos corrigeretur, nempe ut pro vanis cultibus & superstiti-
onibus ad DEUM respicerent, permisit eis, ut ad memorias sancto-
rum martyrum sese ex hilararent & oblectarent atque in letitiam ef-
funderentur. Quod successu temporis aliquando futurum esset, ut
sua sponte homines ad honestiorem & exactiorem vitæ rationem
transirent, præsertim cum etiam fides ad illam rem viam præmonstra-
ret. Vides, quomodo Episcopi prudentia, ut Paga-
norum vulgus ab idololatria blande prohiberet, de-
licias istas, quæ apud Ethnicos fiebant, v. g. convi-
via, ludos, choreas &c. indulserit apud nostros fieri
diebus Martyrum memoriæ sacris. Accedit, quod
in indice Baroniano ad II. Tom. habetur: *ludos diis ex-*
hiberi solitos convertisse in honorem Martyrum Quam frequen-
tes autem & sacræ in honorem Bachi institutæ fue-
rint choreæ, conqueritur Greg. Naz. Orat. 20. It. in
conviviis religiosis post sacrificia, vid. Rosin^o lib. III.
Antiq. Rom. Casalius de profanis Rom. Rit. cap. 15.





p. 85. Uti igitur in locum deorum sanctos ætas superstitiosa substituit, ita & festorum & cultus ritus Ethnicos imitata est, de quo alibi. Neutiquam verò Gregorii consilio eventus respondit, sed in corruptelas luxumq; cessit, quibus posteri vitam moresque deteriores reddiderunt ac de pristina sobrietate & disciplina deflexerunt. Pertinent huc famosæ S. Viti choreæ, quas legere est in Chronico Luneburg. & Rerum Leodiensium. Annalibus Francicis Meieri, Abbate Stadensi & aliis ad Anno 1374. & 75. Tanta tum S. Viti veneratio & cultus, ut de reliquiis Corbejenses certarent & causâ caderent, vid. Krantzius Metrop. XI. 4. p. 295. Unde otiosi homines saltationem in honorem Patroni auspicabantur, cui in finibus Rheni & Mosellæ foeminae maresque indulgebant. Verum quia id malo exemplo non vacabat, sæpeque cum vitiis conjunctum erat, larvalymphatorum resecta est. Quo fiebat ut in precationibus votisque publicis pro sana illorum mente supplicaretur atque hæc licentia in refractariis pœnis legeque coerceretur. Doleo quod festinanti Chronica laudata non succurrant, præter Spangenbergium, qui in *Adels Spiegel* Tom. I. lib. XII. cap. VIII. col. 403. b. hæc habet. Anno 1373. bey Zeiten Kaysers Carlen des IVten lieffen ganze hauffen Männer und Weiber / jung und alt zusammen und tanzten alle gleich mit einander von einer Stadt / Fleckē / Dorff zum andern. Wie des etliche von Rhein und der Mosel bis in Flandern / etliche von Andorff aus durch Hennegau bis in Franckreich getanzt und
gesagt /



gesagt / daß sie nicht anders sehen noch wüßten denn
daß sie in eitel Blut (fangvine Martyris) tanzten.
Daß ward darnach von etlichen also gedeutet / als sol-
ten diese Leute nicht recht getaufft / oder doch ihre
tauffe nicht kräftig seyn / weil sie die von solchen
Pfaffen empfangen / die da unverschämt mit unzüch-
tigen Huren in öffentlicher unehr bey einander leb-
ten / darüber das gemeine Volck bald ein auffstehen
gemacht und alle Pfaffen zu todt geschlagen hätte.
Sic superstitiosa Hagiolatria turbas & fabulas unam
ex alia gignit. Quis verò choreis his religiosis non
annumerabit Corybantes Erffurtenses & Arnsta-
dienses ? cum ex Peckensteinio supra constiterit,
præcessisse apotheosin Canonicam S. Elifabethæ.
cujus merita, donationes, elemosynas, reliquias &
miracula universa Thuringia & vicinia mirabantur.
Ultra quadringentas reliquiarum particulas, den-
tes, lucernam, partes sellæ pallii, pelliceæ, mensæ,
lecti, capillorum poculi vitrei &c. servavit & religi-
osè coluit Ecclesia Wittebergensis, uti ex Spalatino
refert B. Seckendorff Comm. de Luth. lib. I. sect.
54. §. CXXX. Add. II. p. m. 222. Si conjecturæ lo-
cus, Majores nostri tum in memoriam sanctæ,
sportulas, elemosynas aliaque munera distribue-
runt, quorum catervatim juvenus confluit. Ne-
mo enim adduci poterit ut choreas, quæ gressus
metiuntur, credat, sed agmina exultantium, cursi-
tationes & ludos per vicos & pagos. Nec cuiquam
fraudi esse debet, quòd pro miraculo venditet cre-
dula

QKya 5857



dula posteritas, quomodo parentum & urbis con-
 spectum pueri effugerint & alia. Cui enim constant
 hyperbolica Hagiolatriæ elogia, miraculorum isti-
 us ævi fertilitas & sacra mentiendi libertas, hæc om-
 nia ridet. Longis retro seculis sacrum furorem
 jaçtabant Diætæi Corybantes, uti Billius observat
 Schol. in Greg. Naz. Tom. II. ad Nemesium n. 34.
 Plura haberem quæ de *Choreis Sacris* in universon,
 tum speciatim *S. Viti & S. Elisabethæ* per Alsatiam &
 Thuringiam frequentatis monerem, quæ vero ab-
 solvere, nec temporis nec instituti ratio patitur.
 Forte DEus & dies occasionem dabunt illas cum re-
 liquis antiquitatibus Patriis ulterius explicandi.
 Spectatum potius choreas nostras nuptiales prope-
 ro & Tibi, *Vir Excellentissime* atque novis conjugibus
 libenti prolixoque animo gratulor. Faxit DEus ter
 Optimus Maximus, ut Parentum ex utraque parte
 gaudia & expectationem felicissimè expleant. Leni-
 at uterque utriusque eadem & æquali fortuna de-
 siderium. Vivant conjuncti atque concordés ad
 summam usque senectutem & flores stirpi suæ simi-
 les relinquunt. Dabam Maroldishusæ VII. Kal.
 Julij Anno Christi M. DC. XCV.



ULB Halle 3
 002 185 369


1000

Q. K. 132, 8.

Vete

Erffu

Ep

DN. JOH.

Ol

Arnstadiensium Pasto
burgicum atc

Dn. Patronum,

Cum Anno M. DC. X
nupti

DN. JOH. CH

Civis &

ANNÆ M

Viduae KEYSNEE

M. CH

P.

Litteris

BI
PO

M

warz-

m


oraret

II,

AE,

LIOTHE

Ya
5857




Kodak
LICENSED PRODUCT

© The Tiffen Company, 2000

KODAK Color Control Patches

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



44

